



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

52 à doctrina egregie armatum esse, & doctos amare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

se ut miles ad hostem transfugiat, quàm in suis castris contumaciter se gerat.

8. Fuit olim Comes quidam Palatinus Rheni Friedericus nomine. Is in quodam prælio, imperante Adolpho Nassaviensi, tres Illustriss. Principes cepit, quibus in arcem deductis, conuiuioque exceptis, talibus Heroibus digno, vetuit apponi panem, eumque postulantibus iussit renuntiari, non esse id abs re factum, voluisse nimirum se ipsos commonefacere, bella sic geri debere, ut petatur hostis, non innocens turba agricolarum fame necetur, quorum segetes ipsi contra ius belli crudeliter vastassent, & frumētum iam importatum succensis pagis corrupissent. Certè quando deest panis, tunc est cibus omnis inanis. (P. Egerus in Calend.) Factū est Anno Christi 1298.

9. Pyrrhus cum videret delectorem suum grandes & robustos milites præcipue eligere, dixisse fertur. *Tu grandes, ego fortes reddam*, indicans disciplinam plus valere in bello, quàm militum proceræ corpora. *Frontinus lib. 4. c. 1.*

10. Memoriae prodidit Scaurus pomiferam arborem, quam in pede castrorum fuerat completa metatio, postero die, abeunte exercitu, intactis fructibus fuisse relictam. *Ibid. c. 3.*

SIGNVM LII.

A DOCTRINA EGREGIE ARMATUM esse, & doctos amare. *Docti esse*

Eruditionem & doctrinam in Magistratibus & officijs publicis minimè spectandam esse docent hæ rationes. 1. *ab incommotis*: quia *doctos*

V 2

*M. Yun. in
quæst. Rom.*

doctos possunt alere consiliarios, & imperia
 eum modestia coniuncta utilior esse videtur
 ritia ac doctrina, quæ adiunctam immodestiam
 habet. Qui imperiti sunt, imbecillitate sua
 nita, legibus simpliciter obtemperant, ex
 ac bono iudicant: periti ac docti legibus sapen-
 pientiores videri, (sapere plus quam leges)
 suam in consultationibus prævalere sententiam
 cupiunt, à iudicandi more recepto recedunt,
 nonare multa conantur, suas tantum sententias
 valere debere sibi persuadent. (*Thucyd. lib. 2. 2.*
Clionis Orat. 2. ab auctoritate & exemplis. *L.*
nius Imp. Symboli loco illud vsurpabat: *Pep.*
Resp. littera. (*Eutrop.*) *Gothi* negarunt litteras
 discendas esse eis, qui inter enses ac hastas
 fari aliquando debent. (*Macrob. lib. 1. de bel. Gal-*
thico.) *Ludovicus XI. Gall. Rex* Carolum VIII. *Li-*
lium Latine scire quicquam vetuit, præter illud
 Qui nescit simulare, nescit regnare. (*AEmyl. lib.*
10.) 3. *ab exemplis eorum, qui docti male gesserunt*
Magistratus, (imperijs ac Rebus, præferunt
 tyrannicè egerunt, aut litteris dediti nimis, Re-
 neglexerunt. Testes sunt *Tiberius, Claudius, No-*
ro, Gallienus Imperatores, & alij.
 Contra verò cum Magistratus eligendi, con-
 dendæ dignitates, ac demandanda officia sunt,
 ruditionis ac doctrinæ habendam esse rationem
 probant. 1. *Exempla multa.* 1. *Apud Persas* Re-
 fieri nemo potuit, nisi qui Magorum imperia
 disciplina esset. *Romani,* cum Imperator aliquan-
 do quaeretur, acclamant, quis melius quam
 litteratus imperat? (*Vopisc. in Tacito.*) 2. *Imper-*
Casar quam fuerit doctus, cum alia probat, tum
 rerum gestarum in Gallico & Civili bello (re-
 iplo

iplos rerum ciuiliū aut militarium ætus iactationeſque libri ſcripti & editi. (Suet.) 3. *Augustus Ceſar* ſtudia liberalia laborioſiſſimè exercuit: etiam Mutinenſi in expeditione & legit, & ſcripſit, & declamitauit quotidie. (Dio lib. 51. Suet.) 4. *Germanicus* Græcas Comœdias & Epigrammata ſcripſit, cauſas orauit. (Suet.) 5. *Titus Veſpaſianus* Latinæ Græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendis Poëmatis promptus erat, & facilis, ad extemporalitatem uſque, nec Muſicæ rudis. (Suet.)

6. *Adrianus* Græcis litteris ſic ſtudiuit, ut à nonnullis Græculus diceretur, Poëmatum & litterarum omnium ſtudioſiſſimus, Arithmeticæ & Geometricæ peritiſs. fuit. (AEl. Spart.)

7. In *M. Antonino Philoſopho* tantum Philoſophiæ ſtadium excitit, ut adſcitus iam ad Imperatoriæ dignitatem, tamen ad domum Apolloniæ diſcendi cauſa veniret, tantum operis & laboris ſtudijs impendit, ut corpus afficeret, atque in hoc ſolo pueritia eius reprehenderetur. (Iul. Capit.)

8. *Alex. Seuerus* Latinis Græciſque litteris imbutus egregiè fuit, 18. ætatis anno publicè declamauit. (AEl. Spart.) imò à prima pueritiâ artibus bonis imbutus, tam ciuilibus, quàm militaribus, ne vnū quidem diem ſponte ſua tranſire paſſus eſt, quo ſe non & ad litteras, & ad militiam exerceret. (AEl. Lampr.)

9. Docti etiam fuerunt *Conſtantiuus Magnus*, & 10. *Theodoſius Maior*, teſte paulo Diacono, 11. *Cæſar* *Magnus* linguarum multarum peritiſs. fuit clarus. (AEmil. lib. 3. Sigeb. Sigon. lib. 4. de Ital.)

12. *Friedericus II. Imp.* Latinam, Græcam, Saracenicam,

nicam, Gallicam, & Germanicam linguam optime calluit: quidquid habuit otij librorum lectum ni tribuit. (*Sigon. lib. 16. Cuspin.*)

13. *Ladislaus Rex Vngariae & Boemia*, adhuc parvum cum esset Romae, dicebat non videri sibi homines qui litteras ignorarent. (*A. En. Syl. lib. 3.*)

14. *Mithridates Rex Ponti* gravissima bellorum ter omnem expectationem confecisse dicebatur, quia multarum artium & 22. linguarum ipse peritus erat, & praestantissimos Philosophos senectute in exercitu adhibebat. (Omnes subditos, quos

Plin. 2. de Vir. Illust. sua dialecto promptè & scièter alloquebatur. Propterea & Alex. Severus, de quo dixi, quod de iure & rebus Imperij controuersia erat, literatos in consiliu adhibebat; si verò de re militari, praeter veteranos milites, literatos quoque praesertim historiarum peritos aduocabat, repositum quid in talibus causis veteres Imperatores utiliter essent. *Lapr. Vide Middeldorp. lib. 1. de Acad. c. 1.*

15. Cum ingratiissimi Athenienses Themistoclem Philosophum (qui Xerxes Regem Persarum cum infinita lectissimorum virorum multitudine temptaverat, ut in Persiam redire coegerat,) urbe expulsum, dicebat Xerxes, non posse se malum aliquod grauius optare suis hostibus, quam ut haec deus excacati, huiusmodi viros sapientes ad se haberent. Ut enim prudentia nauem Reipublicae conseruat, ita ignorantia eam in Syrtes pellit.

16. Cum *Philippus Rex Byzantium* delecturum ueniret, *Leo Byzantius*, Platonis auditor, de eodem philosophia: Sic age, inquit, *Philippe*, quae de caesa moenia nostra oppugnaturus aduenisti? *Camillus* Philippus responderet: Amor patriae tuae hunc pertraxit: Amantibus, inquit ille, instrumenta

ca. haud bellica conueniunt. Quare placatus Rex
statim ab vrbe discessit. *Volat. lib. 16.*

17. *Alexander Magnus* dicebat ad Aristot. malle
se doctrina, quàm imperij magnitudine, (opibus
& dignitate) cæteris antestare, (alios antere.)
Brus. lib. 3. c. 31.

18. Sicut Lampr. Alex. Seuerum prædicat, quòd
in omni consilio doctos viros cæteris Imperij
ordinibus prætulerit: sic laudat Panor. *Alphon-*
sum Aragonia & Sicilia Regem, quòd vel miliri-
bus suis, qui libros repertos afferret, magna mu-
nera donarit, ipse verò apertum librum pro
Symbolo vel insigni gestarit, vel vsurparit, signi-
ficans, doctrinam Regibus in primis esse neces-
sariam. Gloriatu est, se vetus & nouum Testa-
mentum vnà cum Glossis decies & quater perle-
gisse. Cùm audiret Regem Hispanum dixisse: E-
ruditionem Regibus & Principibus parum con-
uenire: *Hac bonus*, inquit, *non hominis vox est.* Di-
uitem indoctum, (sine cultu litterarum,) pecu-
dem auream, (aureum vellus:) Regem verò in-
doctum, seu illiteratum, *coronatum asinum* nomi-
nare solebat. Idem Franciscus I. Rex Gallie facie-
bat. Iuramento, seu per sancte affirmabat, malle se,
& omniũ 7. Regiorũ, & opũ omniũ, quàm mini-
mã doctrinã iacturam facere, seu, vt tantillum e-
ruditioni suæ decederet. Dicebat etiam, malle se
gemmas, &c. quàm libros qualescunq; perdere.
Legati ipsi libros Cic. de Officijs, Musici ad fo-
res cubiculi occinere coeperunt, tum Rex: *Facet-*
ste procul hinc cum vestra Musica, meas quidẽ au-
res & animum multo dulcior. Sreniam occupatũ
venet. Rogatus vtrum armis, an libris maiorem
gratiam deberet? respondit ex libris se arma

& armorum iura didicisse. Commentarios Cæsar in omnibus expeditionibus secum habuit, & dicere solebat, malle se priuatum viuere, quàm eruditione carere. Dixit etiam: à mortuis (liber) quærendam esse veritatem, optimosque eos esse consiliarios: vt & Demetrius Phalereus Probo mæum Philadelphum Aegypti Regem admonuit, vt demortuorum sapientum libros sibi compararet, quòd veritatem libere dicant, & nullusamicus magis sit liber, quàm liber. Cùm aliquando ad Quidij Nasonis patriam victor venisset, inquit, *huc regioni, qua non parua Regni Napolitanæ, nec contemnenda pars est, libenter cesserim, si temporibus meis datum esset, hunc Poetam vt haberent, quem mortuum pluri ipse facio, quam Aprucij dominatum.* Caietam verò oppugnatus, taxa & tormenta, quibus vehementer eopore indigebat, ex viciniore agro depromi iussit, sed vbi villam Ciceronis fuisse intelligeret, malle se, inquit, tormentis nunquam uti, quàm eam villam violare.

Vide figuram 53.

19. Sigismundus Imp. ab Imperij Principibus comprehensus, quòd litteratos viros (homines obscuro genere natos, ob eruditionem) altius prouehere videretur: Ego verò, inquit, *eos amo, quoniam natura alijs antestare voluit.* Vnus est Iuriscoconsulto quodam Georgio Fiscello, quem & Equitum dignitate ornauit: is vnà cù Imperatore ad Concilium Basiliense profectus, cùm aliquam diu durabitasset, vtrum Doctorum, siue Iuriscoconsultorum, an verò Equitum collegio sese aggregaret, tandem cum Nobilibus, vt honoratioribus, coalescendū dicit. Imperator ibi hominem conspicatus: *Optimum, inquit, qui Milites, siue Nobiles docti*

præferendos censes: mihi quidem è gregarijs militibus vel mille Nobiles & Equites vno die creare facile est: at vel nulle annis vnum Doctorem non fecero. Intellexit in eruditis esse quiddam stemmatis præstantius. Nobiles habent ædium parietes clypeis & imaginibus depictos: docti animum optimis disciplinis exornatum. Et vt natura animus est præstantior corpore; ita ornamenta ingenij longè pulchriora sunt externæ nobilitatis insignibus.

20. Tacitus Imp. Tacitum historicum patrem appellabat, eiusdemque libros decies per singulos annos, ne perirent, describi curabat. *Vopisc.*

21. Carolus V. Imp. cum Bononiæ coronaretur à Clemente VII. illius Academiæ Professores insignijs & privilegijs Equitum Comitumque perpetuo honorauit. *Vide signum 53.*

22. Carolus IV. Imp. in Scholam Pragensem à se erectam aliquando ingressus, quatuor integras horas Magistrorum disputationes auscultauit, cumque id Purpurati molestè ferrent, & tempus prandij iam dudum esse inclamarent, respondit: *Mihi prandendi tempus nondum est, vos prandete: prandium mihi hæc est disputatio, quæ mihi magis sapit quàm nect ar aut ambrosia: imò doctis viris audiendis sæpe integros dies impedit.* *Æn. Syl. lib. 4. c. 15.*

23. Robertus Rex Neapolis & Sicilia cum Patriarcha aliquando ambulans, iurato, inquit, hoc mihi crede, hoc quantulumcung, in me est eruditio: mihi regno meo charius esse, ac si alterutro carendum sit, malle me corona, quàm libris meis carere. Tanti fecit doctrinam, & tam chari ipsi literæ & literati fuerunt.

longè pulchrius est magisq; regium bene consti-
tuto animo esse, quàm corpus pulchris vestibus
ornatum habere. (*Arist. in Rhet. ad Alex. c. 2.*)

VII. à perfectione natura. Licet virtus à natura
quosdam impetus sumat, tamen perficitur do-
ctrina: & si ad naturam eximiam eruditio acces-
serit, tum demum singulare quid existere solet,
Cic. pro Archia.

VIII. à necessitate: nisi enim magna ingenia re-
ctè instituta & litteris imbuta fuerint, tanto de-
teriora euadunt, quanto in illis maiores igniculi
extiterint: (*Plato 6. de Rep.*) neque admonere ca-
lia ingenia, aut reprehendere amici audent.

Licet Magistratus doctos ac prudentes habeat
Consiliarios, tamen misera est prudentia, quæ ex
alieno arbitrio pendet. Quin & prudentiæ mag-
na est, aliorum consilij ac sententijs obtempera-
re velle. Adhæc, tres infelices inveniuntur: qui

scit, & nō docet; qui docet, & non facit; qui nes-
cit, & nō interrogat. Cyrus Cræso dissuadēci ex-
peditionem cōtra Tamyriū Massagetarū Reginā,
imperandi libidine accensus, non obtemperavit;
neque verum esse credidit, quod discere eum idē
iulit, circulum esse rerum humanarum, qui ro-
tatus eisdem semper fortunatos esse non sinat. *a a Herod.*

Præterea non vulgaris prudentiæ est, rectè iudi-
care, qui bene, aut perperā consulant, aut aliquid
dicant. Anacharsis de Atheniensibus dixit: Sapiē-
tes in concionibus sententiā apud Græcos dicere,
stultos verò iudicare. *b Deniq; Deus populū pu-*

nitre magis nō potest, quā cūm Principes & Ma-
gistratū stolidos ac imperitos ei præficit. Quia, n. *b Alex. ab*
Alex. lib.
cales toti ab aliorum arbitrio pendunt, nec per se
ipsi quicquā gerūt, nascūtur factiones, diuiditur
popu-

populus, diuiditur Senatus, diuiditur regni
 res, oriuntur demum bella: (Cominus lib. 3.)
 quod dici solet, vt rege ceruo leones vincant
 (Aemyl. lib. 2.)

Non decet certè Iudicem esse illiteratum
 quia in iudicio & omnibus contractibus est
 dici considerandum, quid iustum, aut inius-
 tum sit, nec non ad iuris & legum normas respo-
 ndendum, quod fieri nequit, si Iudex iuris & lega-
 gnarus extiterit. (Plato in Pol.) 2. nihil cur-
 Reip. aut Magistratui, quàm ea, quæ iudicio
 determinanda, ab alijs discere, & aliunde
 iudicandi formulas emendicare. (Plato in
 Iustit. Const. 82.) 3. non facile erroris vitio
 cit, quem doctrina purgauit. (Cassiod. lib. 1.
 4. Persæ laudantur, quod ad iudicandum de-
 runt vsu rerum spectatos, integros, & tales
 aliorum consilijs parum egerēt. (Amm. Mar-
 lib. 23.) Licet Iudicibus adsint assessores, legum
 placita explicantes, tamè laudabilius est, per
 quàm per alios Remp. gerere, & iudicare. Ne-
 exigua prudentia doctos & peritos legum in-
 rogare, interrogatos sequi, & quæ ad res
 dijudicare, vt rum rectè, an secus sese habe-
 Adhæc, vt oratio Magistratus non verbis
 sit compta, & elegans; sed etiam sententia
 dens & grauis, necessum est, vt mentem habe-
 imbutam bonis artibus ac disciplinis: & fieri
 ruditio, vt non solùm amentur & honorentur,
 verùm etiam metuatur Magistratus: quia
 est acutius calamo rerum perire: (Lampr. in Alex.
 quemadmodum contra, nihil turpius est
 ab aliorum iudicio pendere, & quid dicentibus
 ac statuendum sit petere. (Iustit. Const. 82.)

Recte ait Ouid. 2. de Ponto:

Artibus ingenuis quasita est gloria multis.

Durch die Schreibf. er seind vil N. genten worden.
Hinc & pennas gestant milites in vertice capitis,
cuiusmodi trophæum à litteratis positum. Nec ma-
le conqueritur Eruditio:

Negligor à multis, curant mea semina pauci,

Qua tolle, & nullum viuet in orbe decus.

Rectissime ergo Robertus Rex Sicilia ait: Sunt
iudicia, & studia, & voluntates variae: at ego iu-
ro, dulciores & multo chariores esse mihi litte-
ras, quàm regnum; & si alterutro carendum si-
t, æquanimius me diademate, quàm litteris caritu-
rum. *Petrarch. lib. 1. rerum mem.* Sic & Cicero ait:
*Cedant arma togæ, concedat laurea (ars impera-
toria) lingua (eloquentiæ).*

Quanto ardore discendi flagrârit *Carolus Ma-
gnus* dixi signo 41. & non absurdè canit nescio
quis:

*Res valet, ars praestat; si res perit, ars mihi
restat:*

*Ars manet, ars durat; fortuna recedere cu-
rat:*

*Plus probo thesaurum docti, quàm diuitis au-
rum.*

Recte etiam dixit Plato: Tum deniq; fore bea-
tas resp. si aut docti ac sapietes homines eas re-
gere coepissent, aut qui regerent, omne suum stu-
dium in doctrina ac sapientia collocassent. (*s. de
Rep.*) Socrates apud Xenoph. ait: *Generosum &
omni favore dignum ingenium esse, cui sint cordi
disciplina Politicæ.* Et Franciscus 1. Rex Galliarum di-
cebat, cum Alphonso Aragoniarum Rege: *Rex indo-
ctus est asinus coronatus.*

vide Cic.

epist. 1. ad

Q. Frat. de

Provincia

admir.

Docti

Docti merentur subsellia Senatorum, atque
 ded amplissima fastigia ciuitatum. Beatissim
 nim est illa ciuitas, cuius nauis philosophanti
 chartis dirigitur, & gubernatur, hoc est, ciuita
 ministratio est penes illos, qui virtutibus mem
 instructi, conantur non tam scire verum, qu
 bonum agere, & ad Reip. vsum accommodare
 & contra, sicut sole sublato tenebrae, ita be
 stis studijs extinctis, Rerump. sequantur
 nae.

I. *Solon Atheniensis* (vt plura subnectam
 empla) tanta doctrinae cupiditate exarsit, vt
 carmine quodam gloriaretur, quotidie ad
 tem se aliquid, senem fieri. Cum langueret,
 annos natus,) & assidentes amici aliquid
 se differerent, ille caput sustulit, & ad
 dum flexit, interrogatus, cur id faceret, so
 lem illam vocem edidit: *Vt cum istud*
doctior moriar. Muretus *Orat.* i. hac nitiditas
 fert & elegantius: Solonem, ait, accepit
 cum in lectulo, morti proximus, decumberet,
 audissetque assidentes amicos de re quae
 summisse, ne ipsi molestiam parerent, ad
 tantes, erecto, vt potuit, iam semimortuo
 ae, rogasse eos, vt aliquanto loquerentur elu
 sibi, si etiam moriens aliquid discere poterat
 discessum e vita iucundiolem fore. O discere
 cupiditas, quid non efficis, vbi semel gener
 ingenia occupasti? Tenebatur homo sapien
 mus grauissima vi morbi defixus in lecto, vi
 nitate iam mortis ab omnibus peno corporis
 partibus abscesserat, egregius ille animus,
 liber ac solutus futurus, e corporis vinculis
 silire cupiebat, cum quidquid supererat vix

ed contulit, vt deficiente lingua vocibusque in-
 corruptis ac morientibus, suum doctrinæ cog-
 nitionisque desiderium indicaret. Quid hunc veri-
 simile est firmum ac valentem fecisse, qui ne mo-
 ri quidem, nisi discendo voluerit?

2. *Dionysius Iunior*, expulsus Regno, & rogatus
 quid sibi Philosophiæ studium profuisset: *Vt hæc*,
 inquit, *fortuna mutationem a quo animo seram*:
 Corinthi enim Scholam aperuit. *Plut.*

3. *Philippus Alexandrum* filium sapius horta-
 batur, vt auiscultaret Aristoteli, cui traditus erat
 instituendus, daretque operam Philosophiæ: *Ne*,
 inquit, *multa committas, quæ me fecisse nunc pæ-
 nitet*. Perspexit neminem Philosophiæ experte
 regno idoneum esse, nec puduit fateri se multa
 per errorem fecisse perperâ, quod à teneris vn-
 guiculis Philosophiæ præceptis non fuisset im-
 butus. Nam qui experimentis discunt admini-
 strare regnû, licet ingenio felicissimo nati sint,
 tamè & serò, & magno Reip. malo tandè euadût
 boni Reges: at qui honestis studijs & Philosophiæ
 præceptis præmunitus accedit, si adsit mens inte-
 gra, vix poterit ab honesto desistere. *Plut.*

4. *Alexander* cùm esset Corinthi, adijt Dioge-
 nem pro dolo sedentem, cumque eo multa col-
 loquutus est, à quo digressus, indignantibus ami-
 cis, quod Rex illi tantum habuisset honoris, qui
 tanto Principi nec assurgere dignaretur: *inò*, in-
 quit, *ni Alexander essem, Diogenes esse vellem*:
 addeò demiratus est animum illum omnibus hu-
 manis rebus superiorem, vt nihil regno simi-
 lius esse iudicaret. Philosophia enim præstat,
 vt homo nullius egeat, & nulli seruiat. *La-
 tert. lib. 6. Eundem & incubuisse, & indormisse*
 sæpe

sæpe Homeri libris tradunt, quem Poëtam retulit, ut cum in Dariana præda scrinium gemmarum & auro cultissimum esset repertum, aliqui destinarent: imò, inquit, *Homeri carminum uetus*, quasi pulcherrimum opus pulcherrimo conditorio dignum esset.

5. *M. Aurelius Imp.* cognomento Philosophus, Philosophos in magno pretio habuit, nullis sexcentos in annum aureos dedit, imò Tatianus, inter eos omnes tenebat principem cum Apollonius Chalcedonius, quem dicitur causa domi conuenire solebat, teste Iul. Caesare addit tantum eum honoris magistris suis dedit, ut imagines eorum aureas in Larariis haberet, & sepulchra eorum aditu, hostijs, & honoribus semper honoraret. Olim certè tanta fuit Philosophorum in aulis Principum autoritas, ut filij patrum loco haberent, patres magistrorum instar venerarentur.

6. *Epaminonda* tantum litterarum studio Philosophiæ doctrina tanta fuit, ut mirabilem dederetur, ait Iustinus *lib. 5.* Vnde tam insignis scientiæ homini inter litteras nato, ait Diod. Sic. *lib. 15.* vult hanc scientiam causam esse rerum ab eo præclarissimè gestarum. Philosophatus est *ἀνευ μάλαχίας*, ut Thucyd. dicitur, sine mollitie aut desidia.

Vide de
Hisor.

7. *Philopæmen* eorum duntaxat Philosophorum præcepta & monita legebat, e quibus progressum se ad virtutem sperabat facturum. Habebat & hoc in ore: *Doctrinam debere ad vitam tendere*, non otij aut inutilis loquacitatis causa usurpari.

8. *M. Cato Vticensis* ita studijs Græcorum

didit, vt & in Senatu, obiecta leuiter toga, libros legeret.

9. *Tiberius Caesar* affectabat rara & obscura, & quæ pauci scirent scire gloriabatur: iraque assidue in cohorte eius Græculi, quos & præmijs honorabat, & quaestionibus exercebat.

10. *Carolus V.* magnitudo statim rerum & Imperij tenerum adhuc à studijs abduxit, etiam amorem illorum & reuerentiam non excussit. Cùm Oratorem aliquem Genuæ audisset Latinè dicentem, nec plenè satis cepisset, tristi & ingenuo ore, *Paulus Iouius* scribit, (is arbiter coram & testis erat) eum confessum, dare se nunc puerilis iniuriæ poenas, & prælagum *Hadrianum* præceptorum fuisse, qui hanc poenitentiam ei prædixisset. Vide signum 59.

SIGNVM LIII.

DOCTOS HONORARE, EORVM
confortium amare, eorundemq; con-
silio in populo regendo vti.

Doctos hõ-
norare.

¶ *Eges ciuiles viros doctos & litterarum studiosos* privilegijs & immunitatibus singularibus ornant: iubet, vt *Grammatici, Rhetores, Medici*, qui in patria sua, vel *Romæ* has artes exercent, & intra numerum sunt Professorum, à tutela excusentur. *lib. 27. Digest. tit. 1. de excusat.* Additur alibi ratio, quòd hi salutis hominum, illi verò studiorum curam agunt. (*Digest. lib. 50. tit. 23. de extraord. cog.*) Volunt vt *Medici, Grammatici, Professores litterarum, & Doctores Legum*, vna cum vxoribus, & filijs, rebusque omnibus;